

mandata volo curare, sed in delictis meis perseverare, donec concilium aliud declaraverit, et sic volo penas evadere vel saltem tempus redimere quomodocumque. Absit autem, quod sacrum concilium sub isto velamine te favoriset! Nisi enim per censuras ecclesiasticas domini tui malicia notoria com-
145 pescatur, secum trahet ad baratrum infinitam multitudinem animarum, quibus salubrius est carere divinis ad tempus quam secum involvi perpetuo cruciati.

(Z. 86, partis:) Nisi te iusticia et dictamen rationis impedirent, nullus te posset in sacro concilio impedire. Pars enim tibi adversa vix habet duas vel tres personas suum ius in concilio defensantes, qui utique non possent sine iusticia prevalere, nisi velis dicere, quod habent multos fautores te impe-
150 dientes. Et potest esse, quod plerique fautores iusticie magis quam cuiuscumque partis resistant tibi. . . Sacrum concilium et eius processum, quia non fit ad nutum tuum, multipliciter reprehendis, quod per dei gratiam in persona tua impune non transibit.

(Z. 89, manifestabuntur:) Utinam pura et nuda veritas tocius huius cause et omnium gestorum post mortem. . . Ottonis archiepiscopi Treuerensis circa Treuerensem ecclesiam cunctis esset christi-
155 colis manifesta, et absque dubio nec tibi nec alicui pro parte tua militanti favor aliquis preberetur, quin pocius mundus totus insurgeret et causam istam magno impetu contra dominum tuum et eius complices, si aliter non posset, ultore gladio terminaret! Sed pars tua tam latinis quam volgaribus verbis eciam quandoque sub sigillis pluribus partim extortis plura contra notoriam veritatem scribere sepius non erubuit, prout ex multis litteris hincinde missis, quarum aliquae adhuc pre
160 manibus habentur, liquido satis constat. Quidquid ergo in futurum scribere vel nunciare curaverit, minus fidei reportabit, et dante altissimo tandem veritas et iusticia prevalebunt.

1432 Dezember 17, Basel.

Nr. 146

⟨Francesco Pizolpasso⟩ an N⟨ikolaus von Kues⟩. Er berichtet vom Konzil und über Handschriften.

Kop. (15. Jh.): CASALE MONFERRATO, *Bibl. del seminario*, Ms. b 20 f. 121^v–122^v.

Druck: Sabbadini, *Niccolò da Cusa* 9–14; Paredi, *Biblioteca* 198–202.

Teildruck: Sabbadini, *Scoperte II* 18f.

Erw.: Sabbadini, *Niccolò da Cusa* 36–39; Sabbadini, *Scoperte II* 22–25; Vansteenbergh 20, 22, 24, 57; Koch, *Briefwechsel I* 9; Paredi 40.

Quod mei sis adeo memor, N. vir doctissime, ut ex iocundissima epistola tua nimisque in extol-
lentiam mei perornata nuper accepi, multum virtuti tue, plurimum et amoris tuo in me debeo; quippe
cum id virtute tua, qui sic in amatum censes, ut in te est amoris quidam excessus, proveniat. Nam
facile, ut plurimum etiam interdum a viris gravibus, usurpatur quedam ab amore licentia improba-
5 bilis non erubescens transgredi in iudicio amatorum, ut in te nunc experior, dum et epistolam vel
potius ineptias simul et conditionem meas affectuose nimis extollis. Sed quitquid, vel pusillum,
esset donum dei, ut ipse plane innuis, vel de altero, ego vero de utroque seu de omnibus tenendum,
ipsique proinde gratie agende sunt semper, cuius munere probata etiam apostoli Ia(cobi) iam trita
sententia bona cuncta proveniunt, ubi licet interdum aspirare videatur.¹⁾ Nunquam vero tamen sim-
10 pliciter indulget, qui benignus et clemens presto est, si modo operam demus; verum ad captandum
hominum gratiam et amorem unum hoc apprime conferre arbitror, ut se ipsum homo metiatur sem-
per et ita vivere studeat aliis, velut sibi ipsi vivitum iri velit, etsi vane sint spes artesque hominum
omnes infirme, preterquam que ad supernorum finem se dirigunt et intendunt.

Adgaudes vero michi, suavissime N. mi, de plurimorum dominorum virorumque pene universali
15 in me benivolentia descensuque in hunc locum ac maxime prestantissimi domini et patris mei domini
cardinalis sancti Petri²⁾, ad quem etiam commemoras conscribillata illa per me, que raptim vel cursi-
tatim, ut vocabulo utar tuo, discurristi, unde iudicium fallitur. At potius congaude mecum, ut facis, tu

2 perornata: perornarta 3 amoris quidam: amore quidem 7 innuis: mimis seu: sed

¹⁾ Vgl. *Iac.* 1,2–17.

²⁾ *Johannes Cervantes, der 1432 XI 12 in Basel eingetroffen war (CB II 268; nach MC II 277: XI 13). Zu den Ausführungen Pizolpassos über Cervantes s. auch Fubini, Tra umanesimo e concili 329f.*

omnesque, qui exoptant incrementum felicemque successum huius sacri concilii, de tanti viri tantique patris adventu, vite cuius integritas preteritorumque constans experientia et sinceritas etiam hac in re sacri concilii adversus enixam dissolutionem — qui primarius ipse resistens in fatiem Ro(mano) 20 pon(tifici) reverendissimis patribus et dominis meis sancte Romane ecclesie cardinalibus viam contradictionis et salutis velut antesignanus aperuit, fundamenta iecit ceterisque prebuit iter³⁾ —, ipsius inquam auctoritas, sapientia et peritia litterarum animique celsitudo cum timore Domini eo plus momenti efficacique prestant, quo velut magnanimus transfuga furtim abscedens ingentibus sub discriminibus, cum circumquaque esset excubatus, omnibus suis postpositis, spretis commodis et oblati 25 grandioribus, deum et veritatem preferens, ab eodem Romano pontifice sponte avidissimeque in hunc locum, quamprimum potuit, se subduxit duobus tantum contentus equitibus et pedite uno, vero conscientie stimulo zeloque domus dei ductus, ut se in eius castra referret velut fidus athleta ad pacem ecclesie et fidei christiane. Unde ego non modo ipsius presentia ob rem privatam familiaritatemque, quam cum ipsius humanitate habeo singularem, sed rei publice profectui maxime iubilo et exulto. 30 Iam enim ex hoc video altas ipsius sacri concilii fundare radices; is enim libere, is modo quo dixi, is virtute mactus nullave circumseptus aut cesaris aut nostrarum rerum Italicarum ad se prorsus inperitientium vel cuiusvis obiecti passione, ut plures incusantur, vel modo ficte notandus ad hunc sacrum convenit cetum oportunitissime, ita ut possimus hac tempestate de eo dicere: Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes.⁴⁾ Iohannes enim est nomen eius, qui, cum ille preparaverit, iste perficiet deo 35 duce, quippe cum eo fervore perhaustus sit, quo illa tua formidolosa tepiditas moraque in prosecutione gerende rei conciliaris, etiam principalioris, minus accepte sint ei. Congaude igitur ecclesie sancte pro tanto dei munere, tibi, michi et omnibus christianis, oraque, ut ipse optimus deus secundet, que sunt ad pacem Iherusalem, et misereatur nostri, ut desinat vel leniatur non modo detractio iniusta, de qua significas, in sacrum concilium, sed in clerum etiam vetusta, que tardo vel fortasse nunquam 40 extirpabitur ex malignorum laicorumque ore! Adeo eis innatum est adeoque impinguntur in maledicendo, dum plerumque ignorent profecto, quid dicent quidve petant, minus quam filii Zebedei, qui tamen sancto zelo, ut illi erant sancti, petebant et movebantur. Hec hactenus.

Pro re vero libraria de tua iugi et ubique diligentia, studio et sedulitate memoriaque mei te et commendo maiorem in modum et gratias immortales ago obsecroque, ut, sicut facis, continues magnifi- 45 cam laborem huiusmodi ad meritum tui. Omitto gloriam nominis augendi ac fructum communem et publicam utilitatem profuturum; imo quo iam dudum plurimis proficis, ut et ego in me experior ipso. Dabo autem operam de opusculis Nazianzeni conquirendis iuxta significata per te; interea vero Hilari- rium tuum iam reintegratum nova scriptura fere consimili, supposita carta una loco illius oblitterate, tuo clienti reddidi, meo et absoluto et percurso ad littere tantum emendationem possibilem.⁵⁾ Tu quo- 50 que memorie habeto, ut habeamus codices illos Suetonii Tranquilli ceterosque alios de viris illustribus ducibusque iuxta firmata dudum; item et Frontinum de termis urbis⁶⁾, Ethicum beatissimi Iheronimi⁷⁾ et quidquid suum habueris. Cura etiam pro declamationibus Quintiliani.⁸⁾ Item de alio etiam

19 experientia: expergentia 28 zeloque: seloque 40 sed: et 48 Nazianzeni: Nazanzenis
52 termis: terminis

³⁾ *Cervantes weigerte sich zusammen mit Kardinal Alleman, der Auflösung des Konzils durch Eugen IV. Ende 1431 und der Einberufung eines neuen Konzils nach Bologna zuzustimmen; MC II 75.*

⁴⁾ *Vgl. Iob. 1,6.*

⁵⁾ *Nach Sabbadini vielleicht der Psalmenkommentar des Hilarius. Der korrupte Cod. Cus. 30 mit dem 'Tractatus in psalmos' des Hilarius (s. Marx, Handschriften-Sammlung 25) könnte Abschrift des hier genannten Cusanus-Exemplars sein.*

⁶⁾ *Frontinus, De aquis urbis Romae. Vielleicht identisch mit dem Auszug in Cod. Bruxell. 10615-729 aus dem Besitz des NvK; Sabbadini a.a.O. und Kristeller, A Latin translation 189. Unter dem von Pizolpasso genannten Sueton und den Kodizes De viris illustribus ducibusque sind nach Sabbadini Suetons 'De grammaticis et rhetoribus' und des Tacitus 'Vita Agricolae' zu verstehen. Da die 'Caesares' des Sueton sehr bekannt waren, hätte NvK sie 1432 nicht als Neuigkeit präsentieren können. Zum Forschungsstand über diese, nach Pralle (s.o. Nr. 34 Anm. 1) aus Fulda stammende Handschrift s. P. Amelung, Das Bild des Deutschen in der Literatur der italienischen Renaissance (1400-1559), München 1964, 62-64.*

⁷⁾ *Eine unter dem Namen des Hieronymus überlieferte Kosmographie.*

⁸⁾ *Der ehemals NvK gehörende Cod. Bruxell. 9142-45 enthält die 'Declamationes maiores', die ebenfalls Pizolpasso im heutigen Cod. Ambros. R 91 sup. besaß. Sabbadini vermutet indessen, daß es sich um die 'Declama-*

A. Gellio, ut sanius possit per exemplaria transcribi; at saltem, si nequeas ultra, memento tui papirei
55 principii deferendi, quantum penes te est.⁹⁾ De habendo vero quandoque Plinio illo tantopere expetito
tamque diu expectato¹⁰⁾, si quid potes. Reor enim tantum poteris, quantum volucris. Tantum autem
voles, nichil addubito, quantum mea fides et benivolentia erga me tua exigunt. Studium auxiliare
tuum industriamque appone pro ea re michi exoptatissima.

Demum vero, dum a cliente tuo, restituens Hilarium, peterem proverbia illa Greca¹¹⁾ vel Festum
60 Pomponium¹²⁾, michi presentavit Grecos codices, cum necdum intelligam integre Latinum, atque codi-
cem plurimis refertum non vulgaribus et sententiis et opusculis, inter que musica Augustini¹³⁾ etc.,
affirmatque non esse penes se alios libros. Quare, mi Nicolae, peto abs te, ut iubeas predictos, de qui-
bus te premonui, hic loci communicet michi libros adaperiatque manum, quod tu liberaliter debes
efficere de omnibus tuis libris, ut consuevisti caritative, cum illis siquidem, qui eis oblectantur et fidi
65 sunt observatores; nam cum omnis avaritia sit evitanda, illa prorsus execranda est, que occulit, quod
communicatum non potest amitti. Nec te moveat casus ille de Hylari<i> tui carta attramentata seu
deleta; non enim simile umquam accidit pauperi librario meo ne michi, sed difficile est nimis et
pene impossibile apud mundum evitare casus ingratos quodque nolis semper. Emendatum tamen ita
fecit, ut dicas nichil interesse. Studiosus attentusque porro sum in librorum alienorum custodia
70 semper non minus quam oculorum meorum. Itaque circa rem omnem librariam age, ceu iam cepisti,
sicque agant hinc tui. Verum missa fatiamus ista libraria.

Que apud nos gerantur in presentia, brevi accipe! Post plurimas enim proximis diebus, ut ita dix-
erim, concertationes, perauditis antea legatis potentissimorum principum dominorum electorum sacri
Romani imperii tam spiritualium quam temporalium, elegantissima gravissimaque re vera atque lu-
75 culenta oratione duabusque brevioribus concionibus demumque conclusione ipsa per eos petito differ-

61 plurimis refertum: plurimis refertum plurimis 64 ut: et 68 quodque: quique

tiones minores' handelt, die erst später von Deutschland nach Italien gelangten. Über eine weitere Hs. notierte NvK in der Hs. LONDON, Brit. Mus., Harl. 3261 f. 1^r, aufgeklebter Zettel: dominus Attrebatensis (Jean Jouffroy) donavit (die vorliegende Hs. Plato, De legibus, nach Georg von Trapezunt) mihi in recompensationem declamacionum Quintiliani; s. Lehmann, Mitteilungen aus Handschriften II 24. Dieser Tausch erfolgte im Mai 1453, als NvK (nämlich von III 5 bis V 29; s. Eubel, Hierarchia² II 31) in Rom weilte; denn der eigenhändigen Notiz Jouffroys in Vat. lat. 2062 f. 183^r zufolge (s. G. Mercati, Una lettera di Vespasiano da Bisticci a Jean Jouffroi vescovo di Arras, in: Mélanges dédiés à la mémoire de Félix Grat I, Paris 1946, 362, sowie Kristeller, Iter Italicum II 349) ließ dieser sich die dort gefertigte Abschrift von Plato, De legibus, in der Übersetzung durch Georg von Trapezunt in kürzester Frist (celeriter) bis zum 9. Mai 1453 herstellen und kollationierte sie in drei Tagen persönlich, offensichtlich weil er die als Vorlage benutzte Hs. in diesen Tagen NvK gab. Allerdings hat Jouffroy die aus seinem Besitz stammende Hs. Vat. lat. 1770 mit den declamaciones totae Quintiliani erst 1459 von Aurispa erworben; s. Mercati a.a.O. 362.

⁹⁾ Also neben dem schon von NvK gelieferten Gellius (s.o. Nr. 73) ein weiteres Exemplar. Das Nachlaßinventar des NvK von 1464 nennt Algellius Noctium Affricarum; Mantese, Inventar 99, mit Lit. Identität mit Cod. Bruxell. 10615-729 (s. Kristeller, A Latin translation 189) ist aber ausgeschlossen; denn die Hs. enthält auf f. 230^v lediglich einen kurzen Auszug aus diesem Werk.

¹⁰⁾ Nach Sabbadini vielleicht des Plinius 'De Germanorum bellis', da Poggio 1427 V17 (s.o. Nr. 34) von einer entsprechenden Handschrift spricht. Ferner kommen in Betracht die 'Naturalis historia' und das ihm fälschlich zugeschriebene Werk 'De viris illustribus'. Um die Briefe des jüngeren Plinius, die in der ehemals NvK gehörenden Hs. Cod. Harleian. 2497 enthalten sind (vgl. dazu jetzt MFCG III 35-41), handelt es sich nach Sabbadini wahrscheinlich nicht, da Pizolpasso sie schon besaß.

¹¹⁾ Nach Sabbadini der heutige Cod. Cus. 52 f. 245^r-274^r (Florilegium Sedulii Scoti) mit dem Incipit: Incipiunt proverbia grecorum; s. Marx, Handschriften-Sammlung 50.

¹²⁾ Festus Pompejus. Er ist weder in den überlieferten Hss. des NvK noch Pizolpassos vorhanden.

¹³⁾ P. Lehmann, Die mittelalterliche Dombibliothek zu Speyer (Sitz.-Ber. der Bayer. Akad. d. Wiss., Phil.-hist. Abt. Jg. 1934 Heft 4), München 1934, 10 und 28 = Lehmann, Erforschung des Mittelalters II 191 und 205, denkt an den 1521 von Beatus Rhenanus benutzten Codex Spirensis, da NvK in der Hs. LONDON, Brit. Mus., Harl. 3092 f. 1^r, Kenntnis der Speyrer Dombibliothek verrate (Prima pars huius Rabani Ethymologiarum habetur Brugis et vidi ad s. Donatianum et credo eciam Wormacie in ecclesia maiori et Spire et Magunciis). Doch gerade während der Auseinandersetzung mit Raban dürfte ihm der Zutritt in Speyer verwehrt gewesen sein.

ri processum adversus Romanum pontificem, usque quo tentassent eius reductionem etc.¹⁴), ad instantiam eorundem dominorum presertim¹⁵), tum et aliorum quoque principum, tandem incorporatis 80
ipsis legatis huic sacro concilio nomine eorundem dominorum electorum¹⁶), sancitum est decernendum adversus papam, ut, ni ad bimestre proximum inchoaturum a die decreti emittendi XVIII presentis, ut arbitrator, revocaverit dissolutionem suam pretensam adheseritque sacro isti concilio, contra
ipsum procedetur ad declarationem contumacie ac subtractionem administrationis papalis et ad omnia
eo ulterius non requisito.¹⁷) Sicque previo spiritu sancto fiet sanctioque dumtaxat decreti huiusmodi
decerneretur pro sufficienti intimatione sibi et r. dominis meis sancte Romane ecclesie cardinalibus, contra
quos etiam procedetur ad benefitiorum omnium suorum privationem, imo iam nunc apponitur
pena canonis late sententie.¹⁸) Alia quoque decreta tua subduntur¹⁹) et contra alienationem terrarum 85
et rerum ecclesiasticarum²⁰) et adversus quoscumque intentaturos adire pretensum concilium suum²¹)
et reliqua in favorem huius sacri concilii et suppositorum.

Non est michi tempus ad obruendum te amplius meis nugis, preterquam non rectius scivi te reverendo domino meo, imo communi domino legato²²) commendare, quam ut epistolam tuam legeret, quod et hilariter grateque fecit pariterque de te audivit. Tu vero stude, ut bene valeas ac regrediaris
ad nos meique ut facis memor. Vellem autem, pro virili tua moneres dominum tuum, ut saltem stude-
ret non enervare, ut ferunt, substantiam potentie illius archiepiscopalis Treuerensis sedis; quod in
presentia tacerem, nisi affectio in te me moveret, latiusque scriberem, si tempus adesset. Vale felix.

Basilee XVII decembris M CCCC° XXXII.

De divina preterea responsione divini nostri domini legati nomine sacri concilii ad exposita orato-
rum ipsorum electorum sacri Romani imperii²³) deque parte ipsorum petentium Romanum pontificem 95
ad experientiam finemque reductionis aut premissorum, quandoque intelliges vel iam pervenit ad te.

77 tum: cum 79 inchoaturum: inchoatorium 92 enervare: enervate 93 in: ex.

¹⁴) *Vortrag der kurfürstlichen Gesandten in der Generalkongregation 1432 XI 29; CB II 281f.; MC II 287.*

¹⁵) *Vgl. die entsprechende Danksagung der kurfürstlichen Gesandten für die Berücksichtigung ihrer Wünsche; CB II 291 und MC II 288.*

¹⁶) *Inkorporation der kurfürstlichen Gesandten 1432 XII 12; CB II 291.*

¹⁷) *Vgl. den entsprechenden Text des Dekrets der 8. Session 1432 XII 18; Mansi XXIX 43–45; MC II 288–90.*

¹⁸) *Am Ende des Dekrets Sicut unica vom gleichen Tage; Mansi XXIX 46; MC II 290.*

¹⁹) *Natürlich nicht, wie Sabbadini, Niccolò da Cusa 14, meint, De concordantia catholica, die ja Ende 1432 noch nicht vorlag. Um welche Dekretentwürfe des NvK es sich handelt, ist nicht bekannt. Daß er mit der ganzen Frage beschäftigt war, zeigt die Protokollnotiz von 1433 II 16; s.u. Nr. 161.*

²⁰) *Mansi XXIX 46E–47B; MC II 291.*

²¹) *Sicut unica wie Anm. 18.*

²²) *Kardinal Cesarini.*

²³) *1432 XII 12; CB II 290f.*

<1432 ?> Dezember 25, <Koblenz ?>.

Nr. 147

NvK predigt. Thema: Gloria in excelsis Deo.

Druck: h XVI Sermo XVI–XVII (mit Angabe der Hss. und der älteren Drucke).

Zwei Entwürfe zu einer Predigt, die NvK aber (zumindest hinterher) als zwei verschiedene Predigten betrachtete; vgl. dazu Haubst in MFCG VII (1969) 35f. und ebendort zum Datum. Daß auch ein späteres Datum bis 1435 von Haubst nicht ganz ausgeschlossen wird, ergibt sich aus 38 Anm. 70.

Übrigens gestattete das Basler Konzil 1434 XII 11 auf Bitte von clerus et ecclesiastice persone opidi de Confluentia, während des Interdikts an Weihnachten, Ostern, Pfingsten und Mariä Himmelaufnahme Gottesdienst zu halten; KOBLENZ, StA, 112 (= Bestand St. Florin) 423. Wenn die Urkunde nach St. Florin gelangt ist, so könnte das vermuten lassen, wer die Gunst erwirkt hat.